

oo ge



עמי עשר:

12

DECAS  
THESIUM PHILO-  
LOGICARUM,

*Quam*

Suffragantibus Superioribus

P R Æ S I D E

V I R O P R Æ C L A R I S S I M O

D N . M . J O H . C R A U S I O ,

Thum. Misnicô, Amplissimæ Facultatis Philoso-  
phicæ Adjunctô,

Publicæ disquisitioni submittit

I O H . S E I S I N G I U S ,

Roemhildâ Francus,

A U T O R - R E S P O N D E N S ,

*ad d. Decemb.*

ANN. 1667.

---

J E N Æ,  
Typis JOHANNIS VVERTHERI.





VIRIS,

*Maximè Reverendo, Amplissimo atque  
Excellentissimo*

DN. JOHANNI ERNESTO

GERHARDO, S. S. Theol. Doctori & Prof. Publ.  
undique Celeberrimo, h. t. Rectori Academiae Je-  
nensis Magnifico

Dn. Patrono & Praeceptoris suo longè Maximo.

ut &

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo juxtim  
ac Excellentissimo,*

DN. JOH. GEORGIO FOER-

STERO, Jcto Famigeratissimo, Serenissimi Principis  
Saxo-Altenburgensis Consiliario Camerae, ut & Supremo Re-  
dituum Ducalium in Ducatu Altenburgensi & Co-  
burgensi Praefecto Gravissimo.

*Dn. Patrono & Promotori suo nunquam  
non Colendo.*

Has Theses

*Ea, quae par est, animi submissione dedicat  
ac offert.*

BC.



: כענהונ  
Th. I.

**Π**ολυθρύλλητον est vocabulum Paradisi, quod multa  
linguæ suum fecerunt. Germani habent Paradis Lati-  
ni Paradisus. Græci *παράδεισος*, quod Franc. Junius  
ad Gen. 2. mavult scribere per η *παράδηςος*. Ebræi *פֶּרֶדִּיִּם*

Chaldæi *פֶּרֶדִּיִּים* Syri *ܦܪܕܝܝܫܘܬܐ* De natalibus  
autem vocis in varias Autores abeunt sententias. Suidas Gra-  
jis vendicat, ita enim ille: *παράδεισος* εἰρηται *παρὰ τὸ δένω,*  
*τὸ βρέχω :* ῥηματικὸν ὄνομα δένω. *παράδεισος* τρεπὴ τῆ  
*υψιλῶ εἰς ι.* οἱ δὲ φασὶ *παρὰ τὴν δέισαν ποιῆσθαι ὃ ἔστι βο-*  
*τάνων συλλογὴν.* *Paradisus* dictus est *ἀδένω rigo,* unde nomen  
*verbale δένω locus irriguus.* *παράδεισος* igitur quasi *παράδευ-*  
*ος* *mutato υ. in ι.* Alii sic dictum volunt, quod *fiat ibi δέισα*  
*sive herbarum collectio h. e. quod varia plantarum genera ibi col-*  
*lecta contineantur.* Huic originationi subscribunt & alii apud  
Christ. Becmannum in *Origg. L.L. & Barth. Nihusium* in *Tract.*  
*Chorographico* de nonnullis Asiæ provinciis cap. 4. p. 34.  
Alii ex Oriente vocem arcesunt & compositam esse volunt  
vel ex *פֶּרֶדִּיִּם* *fæcundus fuit,* & *סִרְיָ* *myrtus,* quæ planta est  
Orienti non infrequens, & juxta Hier. Cardanum lib. 8. subtil.  
suaviter olens & salubrem liquorem suppeditans, ut proinde Pa-  
radisus idem sit ac myrtetum vel hortus myrtorum: vel ex  
eodem *פֶּרֶדִּיִּם* & *סִרְיָ* *herba,* ut nihil aliud significet, quàm  
herbarium. Simplicissimum videtur, cum Joh. Henr. Hottin-  
gero *Enneade Dissert. disp. 3. pag. 67.* asserere, vocem *פֶּרֶדִּיִּם*  
quadratam esse (quales sunt & aliæ apud Orientales) ac inde  
oriundum esse Græcorum *παράδεισος*, quod Junius, si *σοχασμῶ*  
locus est, ideo per η scribere maluisse videtur, quod η ad zere  
in voce *פֶּרֶדִּיִּם* proximè accedat.



## II.

Voci גן *hortus* Bened. Aretius Bernensis LL. Comin. geminam assignat originem; Alteram גן *deturpavit, debonestavit* (unde Rabbin. גנות vel גנאי *turpitude, ignominia*) quod homines in horto primum turpiter mandatum Dei violârint: Alteram גן *protexit*, quod hortus Paradisiacus homini, & post eum Angelis, protegendus traditus sit. Verum prima originatione longius petita & coacta est. Potius arridet posterior, quæ cum analogia Grammatica examussim concordat, cujus formæ plura exempla habet Buxtorf. Th. Gram. lib. I. cap. 56. p. 313. Nec incommodè generalior assignatur denominationis ratio, videlicet hortum à protegendo dici, quod juxta Bened. Pererium Comm. ad Gen. 2. vel sit locus conclusus & circumseptus, nullo ad eum aditu vel bestiis vel homini patente, juxta illud Cant. IV, 12. hortus conclusus; vel quod in eo frequentes, densæ ac proceræ arbores, patulis diffusæ ramis, eos, qui sub ipsis sunt, inumbrare & protegere soleant.

## III.

Disquiritur inter Φιλεργίως; quid discriminis intercedat inter voces גן & פרדס, quarum utraque hortum significat, prior autem in Pandectis sacris V. T. frequentius, posterior, notante Pererio, non nisi ter occurrit, nempe in solis Hagiographis Nehem. II, 8. Eccl. II, 5. Cant. IV, 13. Perinde ac vox גן *in novo Instrumento* pariter tribus vicibus legitur Luc. XXIII, 43. 2. Cor. XII, 4. Apoc. II, 7. R. Aben Esra Comment. ad Eccl. II. ita differit: גן לשון זכר גן נעור ולשון נקבה לעברה ולשמרה ורבים גנים וגנות והגן יש בו אילנים רבים ממונים רבים והפרדס הוא ממין אחד והראיה פרדס רמונים: Vox גן *usurpatur in genere masculino v. g. Cant. IV, 12. hortus conclusus, & in genere feminino v. g. (Gen. II, 15.) ad colendum & custodiendum eum. In plurali habet item terminationem Masculini & Feminini. Notat autem hortum, ubi sunt multe arbores multarum specierum: פרדס verò significat hortum, ubi una sal-*

*saltem est species quod probatur ex illo ( Cant. IV, 13. ) Paradisus  
 malogranatorum sive malorum punicorum. Quibus gemella,  
 habet Comm. ad Cant. IV. פֶּרֶס בְּלֶשׁוֹן יִשְׁמָח וְכַרְמוֹרָה  
 : פֶּרֶס בְּלֶשׁוֹן יִשְׁמָח וְכַרְמוֹרָה : Vox Paradisi in lingua Arabica significat hor-  
 tum, ubi una est species. Sed sine suffragio populi hæc à Rab-  
 bino dicuntur, neque enim ei vel alii Autores pollicem pre-  
 munt, vel usus Scripturæ favet: Quin potius si locus Eccl. II, 5.  
 propius inspiciatur, patet inde, פֶּרֶס etiam significare hor-  
 tum variis arborum generibus confutum, ita enim ibi Salomo:  
 עָשִׂיתִי לִי גִנּוֹת וּפְרָדִיסִים וְנִטְעֵתִי בָהֶם עֵץ כָּל פְּרִי:  
*Eeci mihi hortos & paradisos, & plantavi in illis ( paradisis scil.  
 suffixum enim masculinum est ) arbores frugiferas omnis generis.  
 Neque παραδεισισμός vocis פְּרָדִיסִים Cant. IV. causam juvat.  
 Quid enim frequentius est, quàm nomini generali addi specia-  
 lius quoddam, ad aliquid determinatè significandum, ut tamen  
 nomen in se nihilominus maneat generale. Discrimen proin-  
 de, si, quod est, inter גֵּן & פֶּרֶס ex alio fonte derivandum erit,  
 quod Autores vulgò in amœnitate constituunt, ita ut גֵּן pro-  
 miscuè quemlibet hortum denotet, פֶּרֶס verò connotet ju-  
 cunditatem, unde B. Luth: Eccl. II. & Cant. IV. reddit ein  
 Lustgarten. Nehem. II. 8. verba: אֶסְףּ שׁוֹמֵר הַפְּרָדִס׃  
 vertit: An Assaph den Holz- Fürsten R. Sal. Jarchi explicat  
 per הַיַּעֲרִים מִמּוֹנֵה עֵץ constitutum super sylvas. Et notat  
 Junius adh. 1. sic vocari regionem à Libano ad Anti Libanum  
 propter ejus amœnitate, in cujus summa extremitate fuerit  
 oppidum nomine Paradisi, cujus etiam Ptolomæus & Plinius  
 lib. V. Hist. Nat. cap. 23. meminerunt. Vulgatus Cant. IV.  
 reddit paradisos: Eccl. II. pomaria. Neh. II. saltum. Apud  
 Xenophont. in Oecon. παραδεισοὶ vocantur κήποι πάντων κα-  
 λῶν καὶ ἀγαθῶν μεσὶ ἁγῶν ἁπασῶν ἁπασῶν ἁπασῶν ἁπασῶν ἁπασῶν  
 hortu omnibus amœnitatibus & jucundita-  
 tibus affluentes. It. Hellen. 4. δένδρων καὶ θηρίων μεσὶ ἀγῶν  
 & feris referti. Conveniunt hæc probè in Paradisum, proto-  
 plastrorum nostrorum habitaculum, de quo Suidas non malè:  
 θεῖον παραδεισὸν ἔστιν ἐν ἐδέμ πεφυτμένον, εὐκράτης,  
 ἀέρι λεπιοτάτω καὶ καβαρωτάτω περιλαμπόμενον, φυτοῖς  
 ἀσι-**



αἰθραλέσι κομῶν, εὐωδίας πλήρης, φωτὶς ἐμπλεῖς, ὥρας ἀπά-  
σης αἰσθητῆς καὶ κάλλος ὑπερβαίνων ἔννοια. *Divinus Paradi-  
sus Dei manibus in Edem plantatus bene temperatus, aëre subtilis-  
simo & purissimo undique resplendens ac illustratus, plantis semper  
virentibus comans & tectus, suavis odoris & luminis plenus, omnis  
venustatis & pulchritudinis sensibilis cogitationem superans.*

IV.

Vox Eden (quam Suidas perperam Edem scribit) non  
modò appellativi, sed & proprii nominis vim habet, pertinet  
enim ad Ebraicum עֵדֵן (quod modò per quinque, modò per  
sex puncta scribitur) & in genere significat voluptatem & de-  
licias, (unde & Græcorum ἡδονὴ voluptas inde deduci solet)  
Specialiter dehinc pro amœnissimo quodam tractu Orientis  
sumitur, juxta quem olim Cain in regione Nod habitavit  
Gen. IV. 16, quique ab urbe Mesopotomiæ Haran proximè ab-  
fuit, aut eam juxtà cum Mesopotomia complexus est, nam,  
2. Reg. XIX, 12, & Es. XXXVII, 12, conjunguntur Haran, Re-  
zeph (urbes Mesopotamienses) & filii sive habitatores Eden in  
Thelassar (munitione quadam in medio Euphrate sitâ, & ad-  
versus vim Assyrîorum à Rege Babyloniorum extractâ:) &  
Ezech. XXVII, 23, confocinatur Haran, Canne & Eden.

V.

Pauli patria non fuit Gischala oppidum Galilææ, quod  
vult Hieron. lib. de script. Eccles. cap. 5, sed Tarsus ὀπίσημο-  
τάτη πόλις τῆς κιλικίας *celeberrima urbs Cilicie* juxta Stephanum  
de Urbibus, quam alii sic dictam volunt à τέρσω *exsiccus*, alii à  
ταρσός *planta pedis*. Non malè Phil. Melanchthon in Chron.  
lib. 1. p. 22, & Dresserus Sag. Hist. mill. 2. p. 87, cum Josepho  
Historico lib. 1. Antiq. c. 7, deducunt à Tarso, Iavanis filio, Ja-  
pheti nepote, Noæ pronepote Gen. X, quem ipsum quoque con-  
ditorem urbis statuunt. Cum quo non pugnat, quod Sar-  
danapalus, qui multis centuriis annorum post vixit, eandem  
condidisse in epitaphio suo perhibetur. Non rarò enim, qui ur-  
bem aliquam restaurat, eam condere dicitur. Ita apud Vell.  
Paterc. lib. 1. cap. 3, Haletes sextus ab Hercule dicitur Corinthum  
in Isthmo condidisse, quæ tamen ante tempora Trojana jam  
tum extitit. Gemello sensu Alexander M. Justino l. 18, Tyrum,  
Se-

Seleucus Plinio l. 6. H. N. cap. 18. Ecbatana, & Constantinus M. vulgò Constantinopolin condidisse dicuntur. Vid. Gerh. Vossius not. ad Paterc. pag. 9. Tarsi igitur restitutionem Sardanapalo tribuunt Genesius Byzantius lib. 3. βασιλ. Jacob. Salianus ad A. M. 3220. Vid. & Arnold. Bootius Londinensis Animadvers. V. T. lib. 4. cap. 6.

VI.

Anchialus oppidum est Ciliciæ, sic dictum ab ἀγκυρὸς & ἄλς mare, erat enim πόλις ἐν Ἰσθαλασία urbs maritima. Nequaquam autem ad hanc collineat Martialis lib. XI. epigr. 95. in verpum æmulum, quando inquit:

*Pedicas puerum verpe poëta meum.*

*Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis,*

*Non credo, jura verpe per Anchialum!*

Potius per Anchialum significatur hic ipse Deus. Vox a. simplicissime conflata esse dicitur ex אני הו עולם ego vivo in seculum, ita enim totidem propemodum verbis Deus de se loquitur Num. XIV, 21. & Deut. XXXII, 40. Et de media quidem voce ה consentiunt Scaliger, Salmasius, Seldenus, Crojus, Petitus, aliiq; illam huc pertinere: Pro prima verò substituunt vel ה emphaticum, vel הן vel הן vel הן vel הן. Pro ultima vel הן vel הן Vid. Farnabius in Martial. & B. D. Major. in disput. de juramentis Orientalium.

VII.

Nomen Abel, quando de fratre Caini dicitur, Hebræis est הבר *vanitas*: Non igitur exponendum est per vocem luctus, quippe quæ respondet Hebraico אבר. Sic nomen Eli sacerdotis Hebr. est עלי *oblatio*: Non quadrat igitur interpretatio *Deus meus*, quæ exprimit Hebraicum אלי Oritur verò error ex confusione literarum gutturalium seu aspiratarum, utpote quarum aspiratio sæpè planè apud Occidentales dissimulatur.

VIII.

Jos. XV, 17. narratur, Athnielem post expugnatam urbem Sepher à Calebo, brabei quasi vice, accepisse in matrimonium filiam ejus Achsam. Subjicitur v. 18. והו בבוארה ותסיתהו לשאון מאת אביו שרה ותצנח מעל החמור;  
Quod

Quod Vulg. reddit: *Qui cum pergerent, simul suasa est à viro suo, ut peteret agrum, suspiravitq; ut sedebat in asino. Quæ versio neq; ῥητόν, neq; Ἀγόνοια exprimit. Propius ad metam collineat, quæ sequitur, Junii versio: Fuitq; dum conventura esset, ut ea persuaderet illi de petendo à patre suo agro, desiliitq; de asino. Et in hypomnemasi additur: Veniam obtinuit à sponso à patre suo petendi. At potius agrè exoravit à sponso, ut id sibi liceret petere.*

IX.

Act. XVII, II. de Berrhœensibus dicitur: *ἔτι ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ.* Erasmus reddit: *Hi erant summo genere nati inter eos, qui erant Thessalonica.* Vulg. ita: *Hierant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonica.* Neuter satis commodè: Commodius Beza: *Isti fuerunt generosiores iis, qui erant Thessalonica.* Cui & Syrus, & res ipsa favet,

X.

Memoriæ in servire potest, quod Metrophanes Critopulus Berrhœensis, Hieromonachus in monte Atho, & dehinc Patriarcha Alexandrinus in Confessione Ecclesiæ Orientalis cap. 7. de Ecclesia pag. 83. numerum librorum Canonicorum, Scripturæ revocat ad numerum annorum Christi, & quemadmodum hic XXXIII. annos in carne vixisse vulgo statuitur; Ita ad eundem numerum redigit libros sacros, & V. T. tribuit XXII. (quod & Judæi vulgò faciunt) N. autem semissem, nempe XI.

---

Ἐπίμετρον.

Quantum valeat nominatissimus denarius in N. T? An plus, an minus tribus grossis nostratibus?

F I N I S.

AB: 155735 (1)


ULB Halle 3  
003 023 915




80

V. 12







12

AS  
PHILO-  
RUM,

uperioribus  
DE

ARISSIMO

RAUSIO,

e Facultatis Philoso-  
tô,

ni submitte

NGIUS,

ancus,

ONDENS,

emb.

Æ,  
VERTHERI.